Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



165

primus homo in quo omnes peccauerunt peccasse
nemo hominum in lacum mitteret. id est nemo has
tribulationum angustias sustineret. Sed postquam
peccauit electus de paradyso missus est in lacum
tribulationis. Qui lacus magnus dicitur: propter
amarissima electorum tormenta quibus affliguntur
in presenti uita. Quem enim maior est pressura angustie
et tribulationis esse potest quam crucifigere homi
nem. ut Petrus crucifixus est. ustulari ut laurentium.
Affliguntur qui in iusti tempora inter
iustos. ut sit quibus dns misericors postea
parcere in eternum possit. Et calcatus est lacus
extra ciuitatem. Per id quod continet illud in
telligamus quod continetur: id est per lacum eos
qui in lacu sunt. Ciuitas autem ista extra quam
calcati sunt ecclia est. Sicutque ut supra
dictum est in lacu tribulatio q. et boni et mali
tribulantur intelligitur. qd est quod modo cal
cati sunt extra ciuitatem. Si enim ipsa ciuitas
calcatur: quomodo extra ciuitatem calcantur:
Sed sciendum est quia hic a genere redit ad
speciem. et loquitur solummodo ex persona re
proborum. de quibus in sequentibus plura
erit dictum. usque quod statim manifestatur
cum subditur: Et exiuit sanguis de lacu usque
ad frenos equorum. Sci enim pressi non san
guinem desse reddunt sed purissimum uinum
quod in dominicis apothecis recondunt. Repro
bi ergo quia uidebantur intra ecclam esse et